

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4329

Auteur(s) : Robert de Flaga [prêtre]

Bénéficiaire(s) : La Lucerne-d'Outremer, Sainte-Trinité de La Lucerne (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1263, avril

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Robert de « Flaga », prêtre, vicaire d'un autel de l'église de Coutances, vend à l'abbé et aux chanoines de Sainte-Trinité de La Lucerne pour 20 livres tournois toute le tènement qu'il tenait desdits religieux dans la paroisse de Saint-Pierre de Blainville.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Dubosc François, *Cartulaire de la Manche*, abbaye de la Luzerne, abbaye de Mont-Morel, prieuré de la Perrine, Saint-Lô, Jacqueline fils (Archives départementales de la Manche), 1878, Luzerne, n° CXII, p. 96.

Dissertation critique

Avril 1263 ou 1264 (n. s.) : Pâques tombe le 1er avril en 1263 et le 20 avril en 1264.

Texte établi d'après a

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Robertus de Flaga, presbiter, vicarius unius altaris circuitus matricis ecclesie Constanciensis, vendidi et finaliter dimisi viris religiosis abbati et conventui Sancte Trinitatis de Lucerna totum tenementum quod tenebam de predictis religiosis in parrochia Sancti Petri de Blainvilla, quod tenementum tradideram in feodum Guarino de Flaga, fratri meo, et Gaufrido dicto Albo, de quo reddebant michi annuatim ad festum Sancti Michaelis predicti Guarinus et Gaufridus vinginti bussellos frumenti ad mensuram Constanciensem, videlicet dictus Guarinus octo bussellos et dictus Gaufridus duodecim bussellos, unum panem et unam gallinam ad Natale. Istos predictos redditus reddent predicti duo Guarinus et Gaufridus, ad predictos terminos, singulis annis, predictis religiosis ; qui predicti Guarinus et Gaufridus si predictorum reddituum debitis terminis solutionem non fecerint, predicti religiosi supra predictum tenementum plenariam justiciam poterunt exercere, tanquam ejusdem tenementi domini capitales. Hos autem predictos redditus debent percipere et habere predicti religiosi per manus predictorum Garini et Gaufridi sine reclamazione aliqua de cetero mei vel heredum meorum, ab omnibus serviciis et redditibus plenarie liberos et quietos. Pro hac autem venditione a me taliter facta predictis religiosis, et finali similiter dimissione, dederunt michi predicti religiosi vinginti (sic) libras Turonensium de quibus me teneo pro pagato. Et ego et heredes mei tenemur predictis religiosis predictam venditionem et finalem dimissionem bona fide contra omnes garantizare et de omnibus redditibus et serviciis acquitare, vel alibi valore ad valorem excambiare, si forte garantizare non possemus. Et hec omnia et singula juravi, tactis sacrosanctis evangeliiis, me fideliter perpetuo servaturum et predictos religiosos, pro posse meo, indampnes penitus observare, et quod, per me vel per alium, non veniam aliquatenus in futurum contra hujusmodi venditionem superius annotatam. Quod hoc autem firmum

et stabile perpetuis temporibus observetur, presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Actum est hoc anno ab incarnatione Domini M CC LX tercio, mense aprilis.